X-3

NOS RECTOR

ET

UNIVERSITAS LITTERARUM REGNI SERBORUM, CROATARUM SLOVENORUMQUE ZAGREBENSIS.

Laudabile imprimis maiorum nostrorum institutum est, ut, qui honestis studiis atque artibus diu sese dediderunt, antequam ad vitae communis usum atque ad praxim sese conferant, ante omnia rigorosa subeant examina, ut debitum eruditionis et scientiae suae testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Dominus

JOSEPHUS LONČAR

natus in Djakovo in Slavonia diligentem assiduamque studiis philosophicis operam navasset, atque, ut lex praescribit, tradita dissertatione, quae »Historijsko-kritički prikaz drugoga glavnog teorema termodinamike« inscripta est, a Nobis petiisset, ut ipsum titulo academico doctrinae suae convenienti ornaremus: Nos, cum honestissimae aequissimaeque ipsius petitioni hac in re deesse non possemus, dissertationem eius accurate perquisivimus, atque postquam eam approbavimus, ipsum ex materiis philosophicis lege praescriptis accurate et cum rigore examinavimus. In quibus omnibus cum praeclaram eruditionem suam atque philosophiae peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter auctoritate rite in Nos collata eundem Dominum **JOSEPHUM LONČAR** hodie **Doctorem Philosophiae** pronuntiavimus ac declaravimus dedimusque ac damus ei potestatem omnia exercendi, quae Philosophiae Doctores exercere solent; tribuimus ei insuper privilegia omnia ac praerogativas, quaecunque vero Philosophiae Doctori legibus vel consuetudine tribuuntur. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum ab omnibus, quibus competit, subscriptum et maiore Universitatis sigillo munitum ei tradendum curavimus.

ZAGREB, die 15. Novembris anni millesimi nongentesimi vicesimi.

Steph. Bošić m. p.	Dr. Radoničić m. p.	Dr. Julius Domac m. p.
h. t. decanus.	h. t. rector.	prof. promotor.

U pomanjkanju biljega u gotovom plaćeno 4 K.

15. novembra 20.

[illegible]

KRALJEVSTVO SRBA HRVATA SLOVENACA 2 DINARA

Q. B. F. F. F. Q. S.

NOS RECTOR

ET

UNIVERSITAS LITTERARUM REGNI SERBORUM CROATARUM SLOVENORUMQUE ZAGREBENSIS.

Laudabile imprimis maiorum nostrorum institutum est, ut, qui honestis studiis atque artibus diu sese dediderunt, antequam ad vitae communis usum atque ad praxim sese conferant, ante omnia rigorosa subeant examina, ut debitum eruditionis et scientiae suae testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Dominus

JOSEPHUS LONČAR

natus in Djakovo in Slavonia diligentem assiduamque studiis philosophicis operam navasset, atque, ut lex praescribit, tradita dissertatione, quae »Historijsko-kritički prikaz drugoga glavnog teorema termodinamike« inscripta est, a Nobis petiisset, ut ipsum titulo academico doctrinae suae convenienti ornaremus: Nos, cum honestissimae aequissimaeque ipsius petitioni hac in re deesse non possemus, dissertationem eius accurate perquisivimus, atque postquam eam approbavimus, ipsum ex materiis philosophicis lege praescriptis accurate et cum rigore examinavimus. In quibus omnibus cum praeclaram eruditionem suam atque philosophiae peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter auctoritate rite in Nos collata eundem Dominum **JOSEPHUM LONČAR** hodie **DOCTOREM PHILOSOPHIAE** pronuntiavimus ac declaravimus dedimusque ac damus ei potestatem omnia exercendi, quae Philosophiae Doctores exercere solent; tribuimus ei insuper privilegia omnia ac praerogativas, quaecunque vero Philosophiae Doctori legibus vel consuetudine tribuuntur. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum ab omnibus, quibus competit, subscriptum et maiore Universitatis sigillo munitum ei tradendum curavimus.

ZAGREB, die 15. Novembris anni millesimi nongentesimi decimi vicesimi.

h. t. decanus.

h. t. rector.

Dr. Julius Domac

prof. promotor.